Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars I.
Wien, 1799 Seite 1093
Quelle:
Copyright:

Nominantur inter hos *Cossmas vnd Damian*, *Ipecras vnd galyenmus vnd der weiss Heyden Oriegnus*, narraturque *Vespasianus* Imp. per nasum suum jurare solitus, cum jurasset vindicandam Dei mortem, illico vespam, a qua multum cruciabatur, per nasum ejecisse. Interruptae sunt post column. 7. hae nugae *Calendario* bohemico luculente scripto sola Nominum initia exhibente, vulgoque *Cisianus* dicto, ut jam alibi observavi. Inscriptio est: *Totot gest czeske Czizioianus.*

III. *fol.* 109. sequitur eadem eleganti manu, qua N. I. Versio germanica Narrationis illius de *Georgio Hungaro* S. *Patritii* Purgatorium in *Hibernia* visitante, quam latinam *Vol.* I. P. 2. *col.* 2444. exhibui, quo te, si lubet, referes. Initium hic: *Manigfeldiclich vnd in manigerley weyse hat got vnser Herr Ihesus Cristus* &c. An et hanc Versionem ab *Johanne Ep. Olomuc.* profectam dicemus?

IV. *Fol.* 163. prolixum Poema de laudibus B. V. *Mariae*, quod incipit:

O kund ich wol enmitten
In meines hertzzen smitten
Geticht ve (von?) *golde smeltzzen*,

Vnd lichten svn geveltzzen
Von Clar Carfunkel schone drein,
Dir hohe hymel keyserein &c.

Col. 4. nomen suum prodit Rhythmographus:

Dorczu scholtu keren
Dein auzerwelte gnade
Also daz mit Conrade
Von Wirtzburg bye daz heyl geschee

Vnd daz dein tugent mir vbersehe
Waz ich vormeyde an deinem lob &c.

Si antiquam Cantilenam audias, fabulantem Phonascos germanicos XII. vulgo *Meistersänger* a *Leone* VIII. P. M. corruptae doctrinae apud *Ottonem* I. Imp. postulatos, ab eoque *Papiae* auditos et absolutos fuisse, Seculo X. cecinisset *Conradus* noster; memoratur enim in illa Cantilena apud *Wagenseil.* in *Commentat. de Civit. Noriberg.* p. 506. inter dictos XIIviros his verbis: *Der Zehend auch von Würtzburg war*, *Hiesse Conrad Geiger* (alii *Jäger* vocant) *holdseelig. Dise Kunst lag ihn an gefällig.* Verum lingua Panegyrici praesentis illum manifeste ad Sec. XIV. reponit. E primis ejus verbis a me adductis non bene cum *Gottschedio* in *Lexico* germ. elegantior. Lit. et Artium inferas, totum Poema, quod illi videre fortasse nunquam contigit, dici debere *die goldene Smitte*, seu